

INDEX CONTENTORUM

Num: 1.

Est Decretum in Excidium florentissimi Coetus Pariciensis.

OCCASIO fuit, quod (1) Puella quidam Nobilis, Parentibus nota Evangelicus, et in quam nulla suspicio alicujus cum Sacris Romanensibus Communionis eadebat, à loci Ministro Rev. Paulo Onia, rogatu Cognatorum, in Communionem fidei Reformatam fuit recepta. (2) Quod Templum, cui collapsa fundamenta ruinam minabantur, à Patronis fuit restauratum, et novo tecto munitum, quod Beneficium etiam Scholæ loci illius vetustæ contigit. (3) Lite privata inter Generos Jarocki et Biltki orta, et coram Judicio acriter agitata, ut isthuc agrè faueret, tacenda prodidit. Inde Clero Romano anfa data est contra hunc Coetum procedendi.

CRIMEN imputatum fuit: (1) quod Loci haeres et Patronus Prosus Piotrowski, tum ipso Apostasia à se in Juventute commissa accusatus, tum Apostasia puellæ Nobilis confessus, Templum atq. Scholam reparari curavit, Ministrum citatione Arrestati Judicio non statuerit, imò fugâ consilium eidem dedit, nec ipse in Persona coram Judicio comparuerit. (2) Quod Templum Pariciense cum Libero Cultus Anglici exercitio, una cum Scholâ, in præjudicium Ecclesie Romano Catholicæ diu steterit incolume; tum vero labescens, à ni na fuerit vindicatum, una cum Scholâ: quibus in locis non nisi blasphemis et Apostasia et sexcenta alia Catholicorum Sacris contraria peragebantur. (3) Ipse V. D. Minister P. O. quod damnata Secta Calvinistica ferreus propugnator et propagator fuerit. In primis autem, quod Puellam Nobilem superis nominatam à fide Romana seduxerit, et propterea ad Judicium citatus non comparuerit, sed fugâ sibi consuluerit.

DECRETUM: (1) Prosus Piotrowski loci haeres et Patronus absens, Capitis damnatur: qui etiam Lublichij in Marchia Brandenburgica in exilio decessit. (2) Alii Patroni, capitis periculum metuentes, ad perjurium in facie totiq. Tribunali committendum, coacti sunt. (3) Ipse V. D. Minister P. O. cum alio Nobili Viri, absentes capitis damnati sunt, et exules facti. (4) Templum cum Scholâ è fundamentis tollenda et evertenda. (5) Ne in posterum hæredes Villæ illius aliud Templum et Scholam erigant; imò ne in adibus quidem privatis Deustiones Evangelicas et Inventutis Institutionem, peragent.

Num: 2.

Est Decretum Infamiae et Supplicij in Rev. A. Malcolmus.

OCCASIO. Vir hic Reverendus aditus fuit à Præfeto Viri Vladisleo Latalski in Villam Dembnica, ut filios Præf. Patroni institueret, diebus vero festis Sacrum Cultum privatos intra parietes perageret. Torst hoc vehementer Patrum Pontificum loci illius, et in primis Clerum Capitulæ Gnesensis, metuentium, ne hæc ratione publicum Sacrum Evangelicorum Exercitium in dicta Villa de novo existeret, quod jam ab Annis 30. intercederat.

CRIMEN